

569 Disp. XV. Part. IV. quomodo ani: incl:&c. 570

tur eminentialis, quasi rem inferiorem in sua eminentia continens.

Praemittendum secundo aliam esse propriam continentiam eminentiam formalem, & aliam eminentiam causalem: eminentialis formalis est, quando contentum praedicatur formaliter de continente, v. g. anima rationalis est formaliter sensitiva: eminentialis vero causalis est, cum contentum continetur in superiori continente, à quo produci potest, non tamē productum potest praedicari formaliter de producente; nec enim dicitur, sol est formaliter calidus, benē tamen, Anima rationalis est formaliter sensitiva. Quod ergo anima rationalis continet gradum vegetatum, & sentiendi eminenter formaliter probatur primo: Illud continetur sub ali formaliter, de quo praedicatur formaliter: sed vegetatum, & sensituum formaliter praedicantur de anima rationali; nam verē dicitur anima rationalis formaliter vegetativa, & formaliter sensitiva, ergo &c.

Secondo: Homo est formaliter viuens, & est formaliter animal: at quod est viuens formaliter, quodque est formaliter animal hoc habet formaliter per gradum vegetandi, & per gradum sentiendi: at homo haec habet per animam rationalem, ergo anima rationalis est formaliter vegetativa & formaliter sensitiva: Tertio: principium formale operationum vegetativarum, & sensitivarum est formaliter vegetatiū, & sensitū: sed anima rationalis est principium formale vegetationis, & sensationis in homine, nam vt supra probatum est, unica est in quolibet homine anima, ergo &c. Denique effectus formales vegetativa, & sensitiva reperiuntur in homine, at vbi reperiuntur effectus formales, ibi debent reperiiri causae formales, ergo anima rationalis erit formaliter vegetativa & sensitiva, non quidem formalitate praeclara, sed formalitate eminentiali; vna enim res potest habere in se plures formalitates, inō plures formas, non quidem praeclara, sed in gradu eminentiali.

Vnum dicit de Bacchone in 3. disp. 19. quæst. 1. art. 3. non videri inconveniens, quin quando intellectus adueniat corpori, intrinsecet, & identificet sibi vegetatum, & sensitum; at enim quod intellectus sit natu sibi intrinsecare illas, quare vegetativa, & sensitiva non dependerunt, aut corrumpentur ad aduentum intellectus, sed intrinsecabuntur: & hic modus loquendi non videtur improbabilis in re difficultima.

^{obj. prim.} Obijcies primo: sicut si habet praedicatum Metaphysicum ad aliud praedicatum Metaphysicum, ita se habet praedicatum Physicum ad aliud praedicatum Physicum: sed hæc propositio non est vera, rationalitas est vegetans, aut sentiens, ergo neque ista erit vera, anima rationalis est vegetativa formaliter.

Respondeo negando maiorem absoluēloquendo: Ratio est: quia vnum praedicatum Physicum continet plures formalitates in se, & de se communicabiles; anima enim rationalis continet formalitatem vegetativi & sensitivi, at vero prædicatum Metaphysicum continet tantum vnam formalitatem, ex quo sit, ut hæc

propositio rationalitas est vegetans sit falsa; hæc autem vera anima rationalis est vegetans: & ratio adhuc esse potest; quia dum dico, anima rationalis est vegetans, particular rationalis nō sumitur reduplicatiū, id est in quantum rationalis, sed specificatiū, in qua consideratione anima rationalis continet plusquam rationalitatem: at dom dico, rationalitas est vegetans, ibi reduplicatiū sumitur rationalitas, & pro nullo alio futurum, nisi pro ipsa rationalitate, in quantum rationalitas est.

Obijcitur secundo: Vna species non potest ^{obj. secund.} continere alias, ergo anima rationalis non potest continere vegetatum, & sensitum; nam si contineret vegetatum, & sensitum, contineret quoque alias inferiores formas, daretque esse homini v. g. corporeum, quod præstare nequit, cū sit spiritualis.

Respondeo vnam speciem inferiorem, aut ^{tert.} æqualem non posse continere alias species: at nego hoc de forma superiori continente inferiore, & imperfectiores in ea eminentiali ratione: si dictum est quod figura pentagonos contineat eminenter figuram, quæ dicitur Tertragonon.

Respondeo ad aliud hominem habere esse corporeum per formam, quam nominamus corpoream, seu formam corporeitatis: Alij dicunt quod licet anima sit spiritualis, possit tamen dare esse corporeum ut quo, id est anima erit id, quo homo est corporeus; quæ tamen minus propria videtur locutio; negari autem potest, quod anima rationalis det aliud esse compositum, quam rationale sensituum, & vegetatum; quia alijs gradus essendi in composito habentur non per animam, sed per alias formas substantiales partiales inanimatas, vt visum est alias, gradus autem vegetandi, & sentiendi non habentur, nisi per animam, quæ cum vniua sit tantum in homine, ab illa vtique illi tres gradus vegetandi, sentiendi, & ratiocinandi debent dici procedere.

Partitio V.

An animæ rationales sint equali perfectionis?

D

^{rum} Vrandus in secundo disp. 23. & plures alijs existimant omnes animas rationales esse æqualis perfectionis; Capreolus vero, & multi alijs tenent esse perfectionis inæqualis.

Supponendum est non esse hic difficultas de perfectione essentiali; certum est enim, animas omnes esse æqualiter perfectas essentiāliter, sed tantum est difficultas de perfectione individuali.

DECISIO.

R

^Esolutio: Verius est animas rationales esse inæqualis perfectionis individualiter. Prob. primo ex doctrina tradita de principio individualitionis, vbi pro tali principio hæcceitatē assignauimus, unde formatur argumentum: Vbi est diversa ratio individualitionis, ibi est diversa perfectione individualis: sed in diversis numero animabus est diversa ratio individuali-

^{Nem. 16.}
Anima rationales sunt inæquali perfectionis, & prebeat.

^{Nem. 15.}
Objic. ad
dico non
contra respon-
sionem & solu-
tionem.
Respo.